
Theses juris civilis, juris canonici.

Numéro d'inventaire : 1979.06590

Auteur(s) : Louis Alexis Goupy

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Orléans)

Imprimeur : J.M. Rouzeau-Montaut

Période de création : 4e quart 18e siècle

Date de création : 1787

Description : Une feuille de papier vergé filigrané. Texte imprimé. Estampe dans la partie supérieure. Perforations le long de la pliure médiane. Bords déchirés et froissés. Une rature et surcharge à l'encre dans le texte.

Mesures : hauteur : 530 mm ; largeur : 420 mm

Notes : Affiche annonçant les thèses de droit que doit soutenir Louis Goupy pour l'obtention du baccalauréat, à l'université d'Orléans le samedi 22 décembre 1787. Les articles de droit civil portent sur l'autorité des tuteurs. Les articles de droit canon traitent du baptême. L'estampe représente les armes de l'université. Cette affiche est identique pour la présentation et le texte (hormis les noms du candidat et du président du jury) à celle portant le n° M.N.E.

3.3.04.03/1979.29620.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1

ill.



THESES

EX MATERIA SORTITO DUCTA.

JURIS CIVILIS.

Tit. Instit. de Auctoritate Tutorum.

PRIMA.

Auctoritas Tutoris est approbatio ejus quod geritur cum Pupillo.

II.

In ipso negotio à præsentis Tutore debet interponi.

III.

Post actum, vel per Epistolam interposita auctoritas, non valet.

IV.

Tutor in rem suam auctor fieri non potest; unde cum Pupillo inutiliter contrahit:

V.

Nec hereditatem adire, nec possessionem bonorum petere.

VI.

Pupillus sine Tutoris auctoritate, neque naturaliter, neque civiliter obligari potest.

JURIS CANONICI.

Titulo X. de Baptismo.

PRIMA.

Baptismus rectè definitur Sacramentum regenerationis per aquam in Verbo vitæ.

II.

Materia ejus est aqua naturalis & pura: forma, hæc verba, *Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.*

III.

Conferendi baptismi regulariter solus Episcopus aut proprius Presbyter minister est. In casu necessitatis potest laicus, imò mulier baptizare.

IV.

Præter ministrum, adhiberi solent patrini, seu sponsores, quorum fide & promissione infantes, aliæ qui per se credere vel loqui nequeunt, Baptismum suscipiunt.

V.

Ab hoc munere arcentur Abbates, Monachi, Moniales & aliæ personæ religiosæ, Hæretici, Judæi, Infideles: regulariter etiam pater & mater, naturalis respectu filii.

VI.

Hodie invaluit omnibus quocumque tempore Baptismus conferri posse, non verò quolibet in loco, sed in iis duntaxat ecclesiis ubi sunt ad hoc fontes specialiter deputati.

VII.

Adeo necessarium est Baptismi Sacramentum, ut sine eo quis nec salvus fieri, nec aliis Sacramentis initiari possit. In forma autem Ecclesiæ semel collatum, iterari nequit.

HAS THESES, Deo duce & auspice Deiparâ, Præside D.D. GUILLELMO-ANNA SALOMON DE LA SAUGERIE, Rectore magnifico, tueri conabitur Ludovicus - Alexius GOUPY, Carnutenfis, pro Baccalaureatus gradu, die sabbati 22^a mensis decembris, anno Domini 1787, horâ præcisè octavâ matutinâ.

AURELIÆ, IN PUBLICO JURIS AUDITORIO.

Typis J. M. ROUZEAU - MONTAUT, Regis, DD. Episcopi, Urbis nec non Universitatis Typographi.